

piscopo (est autem episcopatus Arabiae) qui ^{λ' γ' ο' ν}
 Θεός Christū non prius fuisse dicunt, quàm ex Ma-
 ria nasceretur, vt & Euseb. lib. 3. c. 27. & Nieeph. li-
 bro 5. cap. 22. tradunt. & antea Artemonitæ ab Ar-
 temone primo huius erroris parente, homine pro-
 fano & blasphemio, qui de Ebionis hæretici cœno
 & latrina suum illud pestiferum lac & dogma bi-
 bit, quod in Ecclesiam effudit. Alii ex Aristoteli-
 corum schola profectos volunt, vt Funccius libr.
 6. commentar. Illud autem semel sparsum latissimè
 propagatum est. Ergo hæc eadem ab authore Ar-
 temonis hæresis appellatur. Videtur tamen Ter-
 tullianus in libro De præscriptionibus aduers. hæ-
 ret. primum huius veneni inuentorē facere Theo-
 dotiū quendā Byzantinū, sed quēadmodum docet
 Alexander Alexandriae Episcopus, qui primus A-
 rianis se opposuit, & refert Theodoret. lib. 1. Hi-
 stor. cap. 4. altius est arcessendum huius mali ca-
 put, nempe ab Ebione. Ebioni tamen non tribui-
 tur, sed Artemoni, quia falsarum rationum pigmē-
 tis & coloribus acceptum ab illo malum sic exor-
 nauit, vt author, non hæres aut successor huius do-
 gmatis videretur. Theodorus autem ille Byzanti-
 nus tantū illius propagator, diligentissimus qui-
 dem & defensor acerrimus fuit, Artemonisque
 primarius discipulus, quemadmodum ex Euseb.
 Histor. lib. 5. cap. 28. facile colligi poterit. Vixit au-
 tem Artemo vel Artemas (nam utroque nomine
 vocatur) & suum illud nocentissimum virus ex E-
 bionis libris recoctum euomuit, extremo tempo-
 re pontificatus Victoris episcopi Romani, sub im-
 peratore Seuero circa annum à Christo passo 167.
 Quis autem fuerit Artemo iste, & vnde primū
 n. iij.